**H**ec verba addita sunt in Symbolo Niceno. i. eo modo / eo ordine / et eo tempore quo predictū fuit a scripturis. Et hoc addiderunt patres ad articulum de resurrectione / qui fuit ad credendum magis difficilis.

Resurre-  
ctio vix ad-  
missa.

¶ Ascendit ad celos: sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Cap. 26.

**A**ncunt hec verba Donati Aphi natione insanum errorem: qui putavit filium esse minorem patre: et spiritum sanctum filio minorem.

Donati he-  
resis.

¶ Credo in spiritum sanctum. Cap. 27.

**H**ec exprimitur tertia in Trinitate persona. Et in Symbolo Niceno ad interpretationem istius articuli plura adduntur: hec scilicet. In spiritum sanctum dominum / et vivificantem: qui ex patre filioque procedit. Qui cum patre et filio simul adoratur: et conglorificatur: qui locutus est per prophetas. Et hoc propter quasdam hereses epullulantes. Nestorius enim et Eutyches dicebant spiritum sanctum esse servum patris / et filii: nec dare vitam gratie: nec inspirationem. Ideo additum est dominum et vivificantem. Et ut servaretur equalitas: additum est. Qui ex patre filioque procedit. Qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur.

Nestoris et  
Eutychis  
error.

¶ Qui locutus est per prophetas. Cap. 28.

**H**oc in Symbolo Niceno fuit additum. contra Montani phrygis errorem: et Porphyrii: qui dicebant prophetas non divino spiritu: sed tanquam phanaticos et arrepticios fuisse locutos. Etiam contra Appellem: qui non admittebat prophetias: quod se rescinderet (ut aiebat ille) et implicarent contradictionem.

Montani et  
Porphyrii  
error.  
Appellis he-  
resis.

¶ Confiteor unum baptismum in remissionem peccatorum. Cap. 29.

**I**n Niceno quoque Symbolo hoc fuit additum in eos: qui suis vanis / et deliris nugamentis baptismi sacramentum impugnabant.

Baptismus.

¶ Carnis resurrectionem. Cap. 30.

Titian⁹ hē  
reticus.

**I**n Symbolo Apostolorū hoc ponitur contra eos: qui aīaz  
simul cum corpore perire affirmabant. Quorū fuit Titian⁹  
sub Pio Italo: qui resurrectionē nō admisit. In Symbolo Nicē  
ceno sub alia forma dicit. Et expecto resurrectionē mortuorū.

¶ Vitam eternam Amen. Cap. 31.

Ame. i. fiat.

**V**itam eternam legitur in Symbolo Apostolorū: et in Nicē  
no: et vitam venturi seculi. Amē hebraica vox est. i. sic fiat.

¶ De offertorio. Cap. 32.

Quare cāta  
tur quū fit  
offertoriū.

**A**de vero quum fit offertoriū: tracta sit consuetudo qđ  
cantetur: a lege dicit. 2. Paralip. 29. Quunq̄ offerrent  
holocausta: ceperunt laudes canere domino: atq̄ in di  
uersis organis: que David rex Israel preparauit / cōcrepare.

¶ De Sanctus. Cap. 33.

Sixti papę  
institutū.  
Sanct⁹ est  
cant⁹ Ange  
lorum.

**S**anctus ter in Missa cantandum Sixtus primus Papa  
instituit. Ibi Hymnus vox est angelorū et hominū. Prīa  
pars est Angelorū: ex Esa. 6. vbi dicitur: Seraphin clama  
bāt sub excelsis: Sanctus. Sanctus. Sanctus. Domin⁹ exercituum:  
Plena est omnis terra gloria eius. Et Apoc. 4. Quattuor ani  
malia non habebant requiem die ac nocte dicentia: Sanctus.  
Sanctus. Dominus deus omnipotens: qui erat: et qui est: et q̄  
uenturus est. Secunda pars est hominū: qui prebāt: et sequebāt  
tur Dominū in Hierusalē in die palmarum dicentes: Osanna  
in excelsis: Benedictus qui venit in nomine dñi. Dicitur autem  
ter Sanctus: ad denotandum in personis trinitatem: Contra  
Praxē Asiaticū: qui plures negabat personas in trinitate. Et  
huius heresis fuit Sabellius / in trinitate vnicā ponēs psonas.  
Et quū dicitur Dñs Deus: vnitas essentie cōprobatur. Sāctus  
dicitur Grece Agios: non (vt quidā volunt) quasi sine terra: est  
em̄ simplex dictio Agios. Additur Sabaoth. i. virtutū vel exer  
citiū: est nāq̄ genitiuus fem. ge. Osanna dictio est hebraica. i.  
salua obsecro. Cōpointur ab Osī verbo. i. salua: et anna interie  
ctione obsecrandi: Deberetq̄ dici Osīanna. De quo Hierony. i.  
Epistola ad Damasum sic scribit. Et Osīanna (quod nos cor  
rupte propter ignorantia dicimus Osanna) saluifica: siue saluū  
fac / exprimit. Osī ergo saluifica exprimitur: Anna interiectio de  
precandi est. Nonnulli s̄m hebraicam orthographiam scribūt  
Oschianna. Aug. lib. 2. de doctrina Christiana / Osanna vox est  
letantis: sicut Rachā indignantis.

Quare ter  
dicitur Sā  
ctus.

Praxas he  
reticus.

Sabellj er  
ror.

Sāct⁹ latīe  
Agios gre  
ce.

Sabaoth.

Osanna.

Osīanna.

Osī.

Anna.

Oschianna

¶ De Ademento in Missa. Cap. 34.

**D**ico excommunicatis inuentū forte fuit (inquit Gerson) Memēto in Missa: ubi pro amicis nris secreta oram? Licet eos Angelus ecclesie suffragio oīno eē puatos putet.

Nota.  
Gerson.  
Angelus.

De Canone. Cap. 35.

**D**incipiū Canonis esse dicūt hoc: Te igitur clementissime pater: quod ante cōsecrationē dicēdū sacerdotib⁹ instituit Clemēs prim⁹ natione Roma. Post Petrum anno dñi. 71. Post Cletū vero: anno dñi. 93. De hoc Alexan. Diuina forte prouidētia factū est: ut ab ea litera Canon inciperet: q̄ sui forma signū crucis ostēderet in figura τ. Lra em̄ Thau: q̄ est prima in Canone: mysteriū crucis representat. Est em̄ τ lra mystica s̄m Isidorū lib. Eth. Nos latini. t. vocamus. Greci Thita. Hebrei Thau. que (ut ait Hieronym⁹ sup Adarcū) et Adagys nris anotaui⁹: lra salutis est: et crucis.

Clementis  
primi insti-  
tutum.  
Alexander.

τ litera my-  
stica.  
T. Thita.  
Thau.

**D**ostia azima (ut premōstrauim⁹) esse dicitur sine fermento: quā Sergi⁹ Papa in tres partes diuidi voluit. Primā partē scz ut statim accipiat Sacerdos: que signat partē in celis iā triumphantē: que pars in Christū iam plene trāsuit. Secundā partē in calicē immitendam. Et ut tertia pars remaneat ad finem Missae sumenda.

Sergi⁹ insti-  
tutum.

De Uino et Aqua in Sacramento. Cap. 37.

**A**lexander prim⁹ natione Rom. q̄ incepit āno dñi. 121. qz de la-tere Christi exiit sanguis et aqua. Jo. 19. iō Aquā Uino imi- sceri statuit. Et ob memoriā verbi: i sacrificio dicit: Hoc est corp⁹ meū. Utqz sacerdotes sacris oronib⁹ et admixto Sale Aquā sc̄tāz (quā bñdictā / siue exorcisatā vulgo vocam⁹) p̄ficerēt: qua i phan- nis. i. tēplis: et prophanis. i. locis nō sacris: atqz et Cemiterijs ad- cacodemonas fugādos vteremur.

Alexandri  
primi insti.  
Aqua bene-  
dicta.  
Cemite-  
rium.

**D**ignus pōtifer Sacerdotib⁹ penā volēs irrogare: q̄ xp̄i corp⁹ negligētib⁹ cōtractarēt: Si (iqt) ex his aliqd i terrā deciderit. 40. diez penitētiā agito. Si sup altare. 3. Si sup Lintheū. 9. Ubicūqz vero effusū fuerit: labens recipito: si recipi pōt: si min⁹: lauetur Lintheū: aut radaſ lotū: aut rasum cōcremet: vlt̄ iſeraſ sacrario.

De Oratione Dominica. Cap. 39.

**H**anc orationē P̄r n̄r. q̄ est oīm oronū (q̄ deo fieri p̄t ac- ceptissima / et homini vtilissima) (beat⁹ Greg. sup Hostiā i Altari cātandā instituit.

P̄r decretū

Beati Gre-  
go. institutū.

De Agnus Dei. Cap. 40.

**A**gnus dei olim ter dicebatur: cum hoc fine: Misere- re nobis. nunc autem obtinuit consuetudo sine aliquo in- stituto ut in tertio: Dona nobis pacem dicatur. Unde

Sergi⁹ Syri  
institutum.

etiam dicit pri<sup>9</sup> Sacerdos populo. Pax dñi &c. Ut vero Agn<sup>9</sup> dei in diuini corporis fractiōe p̄cineret. Statuit Sergi<sup>9</sup> natione Sy<sup>9</sup>.

¶ De Osculo Pacis. Cap. 41.

Leonis sicu-  
culi insti.

**P**acem dari pp̄lo in Missa: instituit Leo natione Sicul<sup>9</sup> quā preosculatur sacerdos. In Missa pro defunctis nō datur.

¶ De 3te Missa est. Cap. 42.

Misse finis

**H**ec clauduntz terminant sacrificiuz. Dicit enim Sacerdos populo. Vos omnes ite quādo lubebit ad negocia vestra: Missa est sup. completa: vel aliquod aliud.

¶ De festo Pasche. Cap. 43.

festum  
pasche i die  
dñico.

**D**ius natione Italus Pasche festum in die dominico ce-  
lebrari voluit. Quod etiā Victor felicitis: ne i hoc Iudeos imitaremur.

¶ De Ieiunio Quadragesime. Cap. 44.

Telesphori  
institutum.

**I**eiunium Quadragesime ante Pascha instituit Thelespho-  
rus.

¶ De Ieiunio. 4. temporum. Cap. 45.

Antiquus  
rit<sup>9</sup> ieiunio-  
rum.

**A**listus natione Roma. instituit: vt ter in anno ieiuna-  
retur die Sabbati: presertim vini/olei/z frumēti gratia  
p̄m prophetā: quarto scilicet mēse/septimo/et decimo:  
inchoando annum more Ihebreorū. Tercū post mutata senten-  
tia id in. 4. anni tēpora trāstulit: quibus tēporibus deinceps ra-  
tio sacrorū ordinū habita est: quum antea id quidē mense dūta-  
rat Decembri fieri consueuisset. Ordines vero: vt sunt: distingit  
Saius Saius Dalmata.

Distinctio  
ordinū.  
Saii institū-  
tum.

¶ De sacro chrismate. Cap. 46.

Chrisma re-  
nouandū.

**H**abianus natione Roma. vt singulis annis in cena domi-  
ni Chrisma renouaretur: ac vetus combureret: statuit.

¶ De Gloria patri. Cap. 47.

Damasi in-  
stitutum.

**D**amasus Hispanus vt alternis vicibus Psalmi z in fine  
eorū/Gloria patri &c. caneretur statuit. Quod etiam  
beatus Hieronim<sup>9</sup>: contra Ihereticos spiritui sancto  
detrabentes. Sicut z Sabinianus horas officijs distingui. Lās-  
padas accēsas teneri. Et Linus natione Tuscus mulieres nisi  
velato capite tēplum non ingredi.

Beati Hie-  
rony. instit.

Institutū  
Sabiniani.

Lāpades ac-  
cense.

Mulieres  
tēplū igredi  
non debent  
nisi velato  
capite.

¶ De Baptismo. Cap. 48.

**I**sinus Grecus in Baptismo infantium duo saltē testes in-  
teressēt: quorū vn<sup>9</sup> mascul<sup>9</sup> esset/voluit. Quō in hac Tolosa  
obseruatum video: quum in Gallia fere sp̄ sint tres: in masculo  
mares duo/cū femina. Si femella: femine due cum masculo.

**De his vocabulis Missa. Christus: et Jesus. Cap. 50.**

**Q**uod forte Barbarophoni dictionem hanc Missa (quam  
Ihebraicam. Cap. i. diximus) barbaram putent: caput  
hoc annotare lubuit: ut suam cecitatem demum percipiant.  
Est enim vocabulum hoc Missa in usu doctorum viro-  
rum: quo utitur franciscus Syluius in re literaria haud parui nominis: et alij  
plerique. Non est ergo a literatorum Classe reiectum. Christus per. ch.  
aspiratum: et in latinum scribes: et est Grecum: sicut Messias Ihe-  
braicum: et unctus latinum: ubi errauit Hebelius post Lactantium.  
Tu caue ne per x scribas Christus: hoc modo xps. Indocti enim  
sic decepti sunt grece literature ignorantia. Quum enim Xpo  
(ubi X lra valet Ch. no. x. Itē p valet r no p. videt) falso Christus  
inde confingunt. Jesus preterea in latino scribas no aspiratum:  
estque trium syllabarum: et est Ihebraicorum (dicit Hieronymus) sicut  
greca Soter: et latina Saluator: qui nos/nobisque fauiffiores sal-  
uificet.

Missa in usu  
doctorum est.

franciscus  
Syluius.

Christus.  
Messias.  
Unctus.  
Error Hebe-  
lij et Lactan-  
tij.  
Xpo non  
Xps.  
Jesus.  
Soter.  
Saluator.

**De Roma. pontificum in commutando  
nomine potestate. Cap. 51. et vltimum.**

**Q**uia hactenus Roma. pontificum super diuino Missae sa-  
crificio institutionem (deo nobis auxiliatore) sumus se-  
cuti: antequam huic diuinorum Pragmaticae Coronidem im-  
pingamus: Unde pontificibus illis nomen suum commutare liceat:  
silentio non preterire congruum visum est. Sergium siquidem Ser-  
gij Roma. Os porci cognominatum in pontificia dignitate hoc  
nomen aspernatum ferunt: Sergiumque voluisse nuncupari. Sic  
igitur suis sequacibus commutandi nominis consuetudinem ipse posuit.

Sergius os  
porci cogno-  
mēto dicitur.

**Gloria Deo.**

**P**etri Corbelini Cenomani ad suum Alanum  
Karpaenum de perfidorum Ihereticorum  
confutatis Opinionibus Libellus Ele-  
gantissimus: vana: et futilia  
Iheresiarcharum  
refellens des-  
liramens  
ta.

**C**

**Petrus Corbelinus Preclaro: Spectatissimeque indolis  
Adolescenti suo Alano Karpæno. S.**



**P**ylon Troadensis vir eloquio non vulgari spectabilis: in educandis / instituendisque pueris valde idoneus: in eorumque ingenijs pensitandis emunctissime naris / ac prosum Theracius (vt aiunt) lapis: dicere solebat mi Alane suauiissime precepta duo precipue esse pueris adhibenda: Pudorem imprimis (quod bonum in adolefcete signum tradit Seneca: et Diogenes virtutis color) Deinde laudis studiũ: quod discendi aculeũ subderet. Hec oia cumulatissime (veluti ipse Charites tibi nasceti affuerint) natura elargita est. Nec satis demirari possum te eas ingenij dotes: veluti in Adinerue penetralibus educatũ: et iuuenile candidissimi animi vigore: eaque ad tibi oim conciliandos aios venustate esse a cunabulis assecutũ. Quisquidẽ memoria mecum repetens domesticam illam consuetudinẽ: quo tpe a nobis in poetico studio Adaserys exercebatur: illaque tuam erga me: quum febrem quartanam paterer: placidissimam animi gratitudinẽ: humanissimamque crebra obsequia: velox / felix / et celere / et ad oia sequax ingenium: studiũ quoque infatigabile: quod traditũ / siue dictatũ fuisset: statim reddebas tpe: non potui non hec scriptis meis illinire. Etenim non minore mihi voluptate vnus prelegenti (quẽ instar oim habebam) afferebas: quẽ olim Platoni Aristoteles: et ille Antimacho. Qui quum in magna populi frequentia librorum suorum nodos interpretaret: et quum auditores oes eum propter Platonem reliquissent: legam (inquit) nihilominus: Plato enim mihi instar est oim. Huius rei fidem faciunt tot / tamque frequentes in comilitones tuos victorie: quod solus quattuor: quos Paschalis precipui nominis falso esse dicebat: questionibus / hystorijs / fabellisque eligues prosum / et statuis magis mutos reddebas: quod quanto alijs molestius: tanto mihi gratius erat. Tui ipsius ei gloriã victorie palmam mihi existimabam: optima licet plurimis non placuerint. Sed ne longior sim: hunc Heresiarcharum libellum nomini tuo: sicut et patris tui yuonis Karpæni viri comis et disertis / super Adisse sacrificio opusculum: tui amore meam reficere memoriam: offero: et nuncupatim dico amicitie erga te mee monumentum sempiternum. Is ego sum profecto qui mihi charos amore inseparabili: infestis irreconciliabili complector odio. Itaque alium mouere lapidem parat (Kudẽ siquidẽ mihi nunc in partium: spes mea (vt est in adagio) ois adhuc in herba est) hec scripsi: ea fore utilitati multorum arbitratus. Vale: et me redama.

**De Arrio. Caput. i.**



**A**rrius Alexandrinus Armodij filius: Christi fide cavilis posse evertere arbitrat: filium deum ab eterna patris substantia his verbis separare est conatus. Erat aliquando: quando non erat: non intelligens filium procoeternum esse: eadem in Trinitate substantia. Dicit enim. Ego et pater unum sumus. Ad cuius heresim refellenda: sub Constantino imp. celebrata est Synodus Nicena: cui Alexander et pannonius Episcopi affuere: Athanasius inter Diaconos cum 318. alijs presulibus. Qui exprobrata Arrij sententia / filium patri consubstantialem fecerunt: qui et grece ομοουσιος dicitur. i. eiusdem cum patre substantie. Nec ille impune tulit. Nam exul factus quando secessum Constantinopoli corporis excrematorum egeredorum causa petisset: miseram animam cum intestinis in fornicam emisit: multos nihilominus sue heresis sectatores habuit.

Arrius.

Synodus nicena.

Mors Arrij misera.

**De Arrij sectatoribus. Cap. 2.**

**A**etius sophistes Antiochenus: Christianorum fide relicta (nam primum Christianus fuit) Arrio adhesit. Qui ab Antiochia pulsus: Atheos. i. sine deo / dicitur est. Eudorus item presul Constanti. Eusebius presul Nicomediensis: Meletius presul in Egypto: Et Sabinus presul Iheraclee: qui Christianos omnes: qui ab Arrio recesserant in Nicena Synodo: idiotas vocabat: et ignavos: eosque (quod ingenium infirmum haberent) lapsos fuisse. Olimpius quoque Arriane secte fuit discipulus: qui fulmine ictus (quod palam Trinitatem detestatus esset) Anastasij fortunati seculo divinitus evanuit.

Arrij secta.  
Aetius antiochenus.  
Atheos dicitur.  
Eudorus.  
Eusebius.  
Meletius.  
Sabinus.  
Olimpius.  
Olimpi mors misera.

**De Amonio. Cap. 3.**

**A**monius Alexandrinus Origenis preceptor / fuit a pueritia Christianus: Mox provectionis etatis fidem deseruit.

Amonius.

**De Menandro mago. Cap. 4.**

**M**enander Magus Samaritanus gentis servatorem se vocabat: ex Olympo ad hominum salutem missum. Nullo pacto Angelos ab hominibus: quod magice artis disciplina posse vinci assererat. Quem secutus est Saturninus Antiochenus.

Menander  
Magus.

Saturninus.

**De Iuda. Cap. 5.**

**I**udas quidam (non Christi proditor) Antichristum suis temporibus futurum: veluti certum nil foret magis: scripsit.

Iudas.

**De Apollinari. Cap. 6.**

**A**pollinaris iunior affirmabat aiaz a deo verbo factum non assumptam: aut si assumpta esset: non habere mentem.

Apollinaris.

**B**erillus Bostrene urbis Arabie Episcopus dicebat redemptorem ante humanitatem non fuisse: nec propriam habere divinitatem substantiam: sed  
Cij

Berillus.

patris dumtaxat substantiam in eo habitauisse. Eius errorem vicit Origenes.

¶ De Lorino et Blascone. Cap. 8.

Lorinus et  
Blasco.

**A**leutherij pontificis greci seculo / Lorinus et Blasco deum creasse mala: et eundem non creasse mala contendebat. Quod verum est permissiue: non tamen effectiue.

¶ De Simone Magico. Cap. 8.

Simon Magus.

**S**imon Magus natione Samaritanus: multos artibus magicis: et ope demonum in Rome eludens sub Claudio imperatoris minister habitus est loco: et statue honore decoratus: cum hoc titulo: Simoni deo sacro. Eum miseram efflasse animam Petri precibus pro aera deuolantem plerisque affirmant. Hunc secutus est Carpocrates.

Carpocrates.  
Ebion.

¶ De Ebione. Cap. 10.

Photinus.  
Paulus Antiochenus.

**E**bion Christum purum esse hominem: sine ulla deitate male arbitratus est: ut iam prenotatum est. c. 22. de sacrificiis. Quem secutus est Photinus presul Smyrnenus: et Paulus presul Antiochenus: qui Christum simplicem fuisse hominem: maximum alioqui prophetam affirmant. Perfectum tamen hominem fuisse Christum dicebat Ebion. Eius imitatores Ebionite nuncupantur.

¶ De Messalianis. Cap. 11.

Messaliani  
Dalphidius  
Datosius.  
Phibas.

**Q**uisdam demonis effectum expectabant Messaliani: quem spiritum arbitrabantur. Opus manuum tanquam malignum omnino reiciebant: somno otiosos indulgentes. Eius quidem secte principes fuerunt Dalphidius: Datosius: et Phibas.

¶ De Manete. Cap. 12.

Manes.

**M**anes imperator Aureliano e perfide Romanam venit. Hic ponebat duo principia inuicem contraria: dicebat se ex virgine natum: et in motibus educatum. In Christo unicum ponebat naturam diuinam: eiusque humanitatem dicens esse phantasticam. Nec esse verisimile Deum pati voluisse. De eo sic Eusebius: Manes heresiarcha gentis Persarum: vita et moribus barbarus: tam acer ingenio: ut ex nominis argumento insanire videretur. Denique Christi se nunc formam gerere conabatur ostendere: eiusque more. 12. habuit discipulos.

Eusebius de  
Manete.  
Manes in  
star Christi  
12. comites  
habuit.  
Cherinthus.

¶ De Cherintho. Cap. 13.

Theodorus.

**R**egnum Christi post resurrectionem Hierosolimis futurum putabat Cherinthus: ubi mille annos libidinis voluptatibus indulgissent homines.

¶ De Theodoro Coriario. Cap. 14.

**D**e Christo humanam tantum naturam dabat. Non inficiabatur tamen in eo verbum dei habitasse: ob precellentem virtutem. Mariam non dei: sed hominis matrem dicebat. In quem celebrata est



Synodus quinta. anno salutis. 40. vbi sancitū est: vt Maria

Maria  
Theotocos  
.i. mater dei

Theotocos. i. mater dei posthac nuncuparetur.

¶ De Eluidio. Cap. 15.

**E**luidius Auxētij discipul⁹ virginē peperisse Mariā nō dif-  
fitebatur: sed post viro cōgressam dicebat: aliosq; suscepis-  
se liberos: q̄ fuerint dñi fratres. Ihui⁹ heresiz argute vicit Hiero-  
nymus.

Eluidius.

¶ De Barbara. Cap. 16.

**S**igismūdi imp. vxor Barbara stultas vocabat Virgines:  
q̄ martirium pro Christi noie passe fuissent: q̄ voluptatis  
gaudia nō gustassent. Dicebat aīas simul cū corporibus  
interire: nec futurā aliā vitā posthanc / quā viuim⁹. Iouinianus  
etiā Virginitati nuptias preferebat: stoice arbitrat⁹ / r virtutū  
r viciorū equalitatē. i. paria esse peccata / et pares virtutes. Cui⁹  
scriptis respondet Hieronymus.

Barbara  
vgines irri-  
debat.  
Iouinian⁹.

¶ De Nepote. Cap. 17.

**N**epos in Egypto episcopus: sanctos in terris mille annis  
regnatos in illecebris r libidinibus cū Christo dicebat.

Nepos.

¶ De Belcheshaitis. Cap. 18.

**D**e scripturis q̄dā oīno reijciebāt: q̄dā rursuz noue ac ves-  
teris legis testimōia admittebāt. Paulū Apostolū oīno  
refutabāt. Librū quēdā habebāt quē dicebant celitus de-  
missum: cuius verba si quis audisset: delictorū veniā cōsequeretur.

Belcheshai-  
te.  
Paulum  
Aplm nō re-  
cipiebant.

¶ De Donato. Cap. 19.

**D**onatus Afer (a quo Donatiani r Donatiste vocant⁹)  
per Africā / r Judeā filiū esse minorē patre: r spiritū san-  
ctum minorē filio: Christianosq; esse rebaptisandos pre-  
dicabat.

Donatus.

¶ De Eunomius. Cap. 20.

**E**unomius p̄sul Cyzicenus i Christo diuinitatē negabat.  
Cōtra fidē mltā scripsit. Quē demū Gregori⁹ Nazianzen⁹  
r Greg. Nisse⁹ p̄sules cōuicerūt.

Eunomius.

¶ De Templarijs. c. 21.

**A**derferunt hi āno post ipcriū Augusti. 1030. In tātā san-  
ctitatis opiniōez aliqñ venerūt: vt breui tpe mltas opes  
sibi cōparauerit: r tēpla (a qb⁹ Templarij nomē hñt) q̄ fre-  
quētes versarent in tēplis. Diuinis sacrificijs ipudētissime abdi-  
catis iudem i nephāda flagitia diuerterūt. Cōflatū em̄ simula-  
chrū miro artificio (cui hoīs cutē supinduxerāt collocatis i frōs-  
te duob⁹ carbūculis oculorū istar micātib⁹) loco numinis cuiusdā  
reuerabant. Mortuorū cadauera cōcremata ceteris dabāt i pos-  
tū: vt in ea heresi firmi⁹ durarēt. Dānati sunt tādē r flammis de-  
uotissīa Elemētis: q̄ successit Bñdictio in Tiēnēsi Cōsilio. āno  
salutis. 1312. hoc in Chr. Gal. lib. 7. de Rege philippo pulchro.

Templarij.

¶ De Sarabaitis. Cap. 22.

Sarabaitę.

**A**ugustinus ex Hieronymi traditione Sarabaitas sacerdos  
tes in Aegypto sitos tradit: in petrarum foraminibus habi-  
tantes: indutos porcorum et bovis pellibus: funibus cinctos: palmarum  
spinas ad calcanea portantes: ad cigulum ligatas: Discalceatos:  
et sanguine cruentatos. Cauernis exeuntes ad festum Scenophegie  
pergunt Hierosolymam: et sancta sanctorum intrantes: paupertatem  
abstinentiam predicant a se seruari. Tunc barbaram circumspectate populo con-  
uellunt acriter. Itaque numis tali astu/ commentoque adeptis in suam  
remeant regionem: et in letitia epulantur/ delicijs et voluptatibus in-  
dulgentes. De his Adagium fecimus: ut Sarabaita pius.

Sacta Sac-  
torum.

Rege Ada-  
gia nostra.  
Eutyches.

¶ De Eutyche. Cap. 23.

**E**utyches Constanti. secernebat Christum a verbo dei: negans  
Christi carnem esse similem nostre: duasque in eo inueniabat naturas.  
Christi corpus e celo descendisse non negabat: verum in virginis aluum/ tam-  
quam solis radios penetrasse affirmabat. In quem celebrata est quar-  
ta Synodus.

Synodus  
quarta.

Nestorius.

Synodus  
tertia.

Montanus.  
Prisca/ et  
Maximilla  
foemine.  
Tertullianus.  
Monothel-  
ite.

Synodus  
sexta.  
Sergius.

Alogi.

Gerdo.

Apelles.

¶ De Nestorio. Cap. 24.

**N**estorius Germanicus presul Constanti. sue heresis sequacibus ce-  
lsum promisit. Christum negabat esse deum: homines tamen dicebat:  
duas negando naturas: Diuinitatem ei collatam pro merito  
arbitrari. In hunc celebrata est Synodus tertia: sub Theodosio  
iunior.

¶ De Montano. Cap. 25.

**M**ontanus Phryx se paracletum vocabat. Multos in suam  
traxit heresim: mulieresque duas: Priscam et Maximillam  
eo redegit insanie: ut viris relictis eum sequerentur. Sectatores  
Cataphrygas habuit: qui sibi: non Apostolis infusum predicabant spiritum  
sanctum. Eum imitatus est etiam Tertullianus patria Cartaginensis: pri-  
mum Christianus.

¶ De Monothelitis. Cap. 25.

**H**in deo voluntates duas negauerunt: diuinam. scilicet et humanam:  
res tamen aliter se habent: quam deus multa ut homo et voluerit/ et fecerit:  
multa item ut deus. In hos celebrata est Synodus sexta. anno salu-  
tis. 505. Eius heresis princeps fuit Sergius presul Const.

¶ De Alogis. Cap. 27.

**I**dannis Apocalypsim blasphemati sunt: negantes verbum esse  
deum.

¶ De Gerdone. Cap. 28.

**G**erdo: cuius assecle Gerdonianum vocant (sicut et Manes) duo  
principia contraria ponebat.

¶ De Apelle. Cap. 29.

**A**pelles se deum quem coleret ignorare: Christumque non in verita-  
te: sed ut hominem in fantasia apparuisse/ iactitabat.

¶ De Paulo Samosateno. Cap. 30.

**D**ulus Samosatens<sup>9</sup> magne temeritatis hō: maiorisq<sup>ue</sup> amentie Psalmos in honorē dei cātari solitos vetuit: et his alios suffecit i suā laudē a se scriptos. Ilic filium dei de celo descēdisse negabat: s; in vtero virginis pncipiū habuisse.

Paul<sup>9</sup> Samosatenus.

¶ De Aquarijs. Cap. 31.

**A**uarij ab aqua nomen habent: q<sup>uia</sup> eas solā offerrent in calice sacramēti: q<sup>uo</sup>d est cōtra Alex. primi Rom. institutū.

Aquarij.

¶ De fausto. Cap. 32.

**H**ic scripsit libros in fidē nostrā: quibus respōdet Augustin<sup>9</sup>.

faustus.

¶ De Acephalis. Cap. 33.

**I**n Christo duas negarūt naturas: sicut alij: de quibus Cap. 34.

Acephali.

Kyrie Eleyson.

¶ De Adamianis. Cap. 34.

Adamiani.

**A**d instar Adā protoplasti hi nudi/ sineq<sup>ue</sup> vllō vestitu degebāt: eo mō cū femis versātes. Asserebātq<sup>ue</sup> illō vite magis eē cōmodū: q<sup>uia</sup> nature magis etiā accederet.

¶ De Pollione. c. 25.

Pollio.

**P**ollio Adacedoni<sup>9</sup> dicebat spm̄ sc̄m̄ nihil cōe habere cum p̄re et filio. Nō ificiabat tñ filiū p̄ri filiz.

¶ De Nicolao. c. 36.

Nicola<sup>9</sup>.

**N**icolaus (a quo Nicolaitarū orta erupit heresis) legē/ matrimonijq<sup>ue</sup> sacramentū refellebat: volebatq<sup>ue</sup> promiscuos esse concubitus.

¶ De Almerico. Cap. 37.

**H**ic i mēte diuina creare: et creari Ideas dicebat: q<sup>uia</sup> insanie sue furorē nō tulit impune. Mā eū Inno. 3. Parrhisiz comburi iussit.

Almericus.

¶ De Praxea. Cap. 38.

**P**raxea Asiatic<sup>9</sup> in Trinitate plures negabat psonas: sed eūdē patrē et creasse oīa: et in Cruce pepēdisse. Ihu<sup>9</sup> de mēte rñdet tertullian<sup>9</sup>. Sic etiā Sabelli<sup>9</sup> (sive maui) Sabin<sup>9</sup>: aut Sabell<sup>9</sup> in Trinitate vnicā ponebat psonā. Christū dei filium negabat: et spiritui sancto auferebat intellectum.

Praxea.

Sabelli<sup>9</sup>.

¶ Symmachus. Cap. 39.

**S**ymmachus vn<sup>9</sup> Bibliorū intepretū: putauit Christum ex Marie et Joseph: sicut et Iudei: et Ebion: coitu fuisse natū: nisus probare ex Math. Euang.

Symachus

¶ De Thimerobaptistis et Mictagibus. Cap. 40.

**T**himerobaptiste seipos: et sua vestimēta quotidie lauabāt. Et Mictages geniū corrumpi dicebant: si noctu vigilaretur: quare noctem vniuersam somno concedebant.

Thimerobaptiste.

Mictages.

¶ Tolose/ ex Officina Eustachij Marecalli: in vico Portarietis. 16. Kal. Nouemb. anno a redemptione Mundi. 1523.

51









TO  
BIBLIOTECA

Sala

Número

R  
7



OLEO

MOCCA PRO

RESERVA

NI

NI

RESERVA

Res.

731